



**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

Cap. XI. De sepultura S. Richardi Regis, iuxta S. Frigidianum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

tollentia perfectionis eius culmen nequaquam attingeret. Considerantes autem filij, præclari Doctoris Ambrosij sententiam, eum potius post mortem quam in vita laudasse inueniuntur. Sunt autem S. Doctoris verba hæc: Duplici ex causa melius est hominum magis * memoriæ dare laudem quam vitæ; vt illo potissimum in tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudanti adulatio nocet, nec laudatum tentat elatio. Lauda ergo post periculum, prædica securum, lauda nauigantis felicitatem, sed cùm peruenerit ad portum: lauda ducis virtutem; sed cum perductus est ad triumphum.

* morti

CAPVT XI.

*De sepultura S. Richardi Regis iuxta
S. Frigidianum.*

Vpra dictæ ergo ciuitatis optimates sanctissimum funus reuerenter adierunt, ac corpus cum debita solennitate Ecclesiasticæ sepulturæ commēdarunt in Ecclesia S. Frigidiani ipsum ponentes, satis è propinquo in signū sanctitatis sanctum

G 3

sancto

Richardus,
quid latine si-
gnificet.

sancto sociarunt. Quod aspicientes flebant filij, ac sodales ipsorum, qui aderant, quod tanti patris corporali presentia orbati essent. Gaudebant verò magis, quod ad coelestem iudicem tam Deo placitum intercessorem pramississent. O B. Richarde, qui *valde di-
nes* Latina lingua interpretaris: Tu veras diuitias nunc perfecte introisti: unde tibi gaudendum potius, quam flendum existimamus: mortem enim non suscepisti sed euasisti; subtractus es aspectibus hominum, sed oblatus es obtutibus Angelorum: sublatus es mundo; sed receptus es caelo: clausus es sepulchro, sed magnificatus es in Dei regno. O quam optabilis est illa dies sanctis, & Dei fidelibus, in qua etsi moriuntur mundo, nasci tamen feliciter incipiunt in caelo. Et ideo sacrosancta mater Ecclesia hunc diem non mortis sed *natiuitatis* appellat: quia post mortem carnis, gaudia incipiunt possidere aeternae hereditatis, Propheta attestante, q̄ ait: *Cum dederit electis suis somnũ: ecce hereditas Domini; ecce presentialiter, ecce euidenter.* Post mortem enim
Sancto.

Psal. 126.

Sanctorum quæ somnus dicitur, hæreditas
 æternæ retributionis assignatur. Hanc diem
 optabat Apostolus cum dixit; Cupio dissol-
 ui & esse cum Christo. & Psalmista: *Situit* Mors Sancto-
rum somnus.
anima mea ad Deum fontem vivum, quan-
do veniam es apparebo ante faciem Dei? Et Psal. 42.
 quia B. Richardus in hac mortali vita se ho- Rom. 12.
stiam sanctam es immaculatam rationabi-
 liter viuendo, & membra sua mortifican-
 do Deo exhibuerat, Deus manifestissimis
 signis ostedit in terris, quid mercedis, quid
 dignitatis inter sanctos Dei pro labore suo
 receperit in cœlis. Ex quibus ostensionibus
 vnum miraculum ex innumeris excerpti-
 mus, gratia breuitatis alia trãseuntes, quod
 huic opusculo decreuimus annotare.

CAPVT XII.

*De miraculo S. Richardi Regis post eius
 obitum ostenso.*

Hgitur quando corpora Sanctorum, * Aliter, Frigi-
diani, qui fuit
Episcopus Lu-
censis, cuius Na-
talis in Mar-
tyrol. Romano
 scilicet B. * Frigidiani, * Cassi, & san-
 ctæ Faustæ Virginis translata sunt, & loco
 magis honorabili consignata, corpus B. Ri-
 chardi